

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Illvstrivm Virorum Epistolae, Hebraicae, Graecae et
Latinae, Ad Ioannem Reuchlin Phorcensem virum nostra
aetate doctissimum diuersis temporibus missae**

Reuchlin, Johannes

Hagenoae, 1519

Listrius, Ioanni Reuchlin S. D. P.

[urn:nbn:de:bsz:31-270838](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270838)

EPIS. ILLVST. VIRO RVM AD

an apud te resideat, an Saxoniam ingressus sit. Ego corpore cum sequi non possum, animo sequar & literis. Mitto ineptias meas, libellum de Risu Paschali, item Dragmata graecae literaturae, quae amicorum impulsu edere coactus sum. Tibi cum usui futura esse non possint, quae scripta fuerunt, pueris Michaeli Creberio munus meo nomine commendes. Literas in patriam perferendas curabit Michael. Tu uale foelix, uictor, triumphator, Deo non minus quam studio sis charus. Basilea.

¶ Volphangus Fabricius Capito, Ioanni Capioni S.

NESCIO quid de purgatorio, contra Latinam ecclesiam ad Concilium Basiliense retulisse Graecos Oecolampadius noster narrauit. quod olim ipse a quopiam excipit peregrino, id ei aut furto, aut incuria, aut occasione frequentis migrationis interit. Tu hoc tempore, optime Capion, nihil potes utriusque gratius praestare, quam illud apud te curare excubendum, siue nobis tantisper conuiuere, mox reddemus certissima fide, & cum scenore, hoc est una opera nos obligatissimos, tibi multo arctius deuincies. Vale. Basilea. Prid. Non. Septemb. Anno M. D. XVIII.

Liftrius, Ioanni Reuchlin S. D. P.

Tis οὗτος φίλος; Nempe tuus & admirator & amator & discipulus. Admirator, ob inauditam & incredibilem multiuigarum rerum scientiam, linguarumque peritiam. Amator, ob singularem humanitatem quam mihi Erasmus ἐρασιώτατος ἐκέλευς. adeo delinuit colorauitque, ut nullus Apelles melius. Discipulus, ut qui ex tuis grammaticis ἀφωνοῖς Ἰουδαῖοις rudimenta primae linguae hebraicae iecerim, alioque frustra Iudaeos auditorus. O doctissimum pectus, & uere plus quam humanum, in quo praeter illam peculiarem linguarum noticiam, ipsa Musica, ipsa leges, ipsa philosophia, ipsa denique theologia, sibi arcem posuere. Nam humanitatem, constantiam omnemque istam uirtutem, quis tandem non est expertus? Et erunt, erunt inquam, qui tanto heroi tam diu negotium facessant. Me miserum. Tam caeca inuidia esse, ut illum lumine extinguere conetur, quod omnibus seculis (δοκῶ ὅτι ἐμοὶ προδόντες τοῦτον γράφον, νομὸλόκλητος ἐστίν, καὶ ἐνθυσία ζεῖται, καὶ ἀλμῶν ἐκείνου ἐνεκα προλέξιν) instar Phoebeae lampadis luminabit. Desydero in hac re

IO. REUCHLIN. LIBER SECVND.

Principū diligentia, requiro Christianorū & praesertim Germano-
rū zelū. ἐν τῷ δὲ ᾧ κάμνοσιν αἱ πολλαὶ πόλεις ὅταν πικρὸς ἢ
πρόθυμος ἀνὴρ, μὴ δὲν φέρηται τῶν κακιόντων πᾶλεον. Iam audio, etiā
si diis placet Pepericornū, cū quo saepe mihi tuo noīe Coloniae res
fuit, ex scelerato Iudæo sceleratissimū Christianū, si mō talia por-
tēta hoc noīe digna sint, librū edidisse lingua germanica, in quo tū
in oēs literarū cādidos, tū in te & Erasimū proceres & literarum
numina mirifice baccheē, quē equidē fustibus, lapidibus, & carnifi-
ce, nō libris uicissim ceseo arguendū. Omnes nostri seculi, quod
taliamōstra fert. Hic γραμματέφρος putauit meā cōmendationē
apud te literarū noīe aliquid ualiturā, quare tuā humanitatē etiā
atq; etiā rogo, ut ne sua spe fraudeē, sentiatq; se à me ex aīo cōmē-
datū, est probus, & tū oīm doctorū, tū tuā & Erasimicā eruditiōis
mirus admirator. Peto praeterea, Buschium tuum per literas ad-
moneas ut me amet. Vale. Suolla.

Hieronymus Riccius, Pauli Ricii Israelitæ filius, adule-
scens, Ioanni Reuchlin Phorcensi S.D. P.

QUONIAM parū refert uir spectatis, non uidisse oculis,
quē celebri fama cognouimus, nihil terreor si tibi tanq̄ fa-
ma ferente cognito scribā, quo cū praesens nihil unq̄
cōicauerim, & potissimū ubi occasio est literas ad te dādi. Occasi-
onē autē attulit clarissimus uir Cōrad⁹ Peutinger, qui lras tuā dñā
tionis ad se datas perq̄ elegātes & doctissimas mihi lectitandas tra-
didit, ut ex eisde intelligerē, q̄ praclare de parēte meo & loquaris
& sentias. Id quod cū uidissēm me miro affecit gaudio & uolupta-
te. Quid enim potest esse iucundius, quid ue praclarius q̄ ab illis
probari qui sunt omnium laudatissimi. Eissēm Hercle mortalium
omnium ingratissimus, nisi forem tibi perpetuis temporibus cū
omni humilitate dedicatissimus, nisi ingenium & uires tibi meas
omneis deberem. quā tibi uiro praestantissimo intimo cordis af-
fectu deuoueo. his omne in tempus ad nutum impera, eisq; utere.
Cæterum quem tantopere exoptas Portarum lucis libellum, tibi
his adnexum literis mitto, & munere trado. Vale literarum decus
& splendor. Vale foelix æthernum. Ex Augusta, praecipiti calamo.
XX. Augusti Anno M. D. XVI.